

Ex Oxoniensi aut Vaticano codicibus aut ex apographo alterutrius expressa est editio princeps Aldina (Venet. 1525), quae codicis instar habenda est. Qui enim curaverunt eam, exemplar sibi propositum tam diligenter secuti sunt, ut etiam errores, quos facillimum erat tollere, retinerent, veluti 3, 16 *πίειν*, 5, 24 *συνέλθοι*, 8, 6 *παρὰ λελείπασιν*, 25, 13 *ἐνεργίας*, alios. Ex Aldina fluxit Basileensis (Basil. 1538), cuius vestigia accuratissime persecutus est Singkeller, cuius opera Galeni de temperamentis libri tres et de inaequali temperie libellus cum versione latina separatim prodierunt (Basil. 1538). Basileensi successit longo annorum intervallo editio Charterii (Paris. 1679), qui nullo codice adhibito pauca in melius, plura in deterius mutavit. Charterianam exprimendam curavit C. G. Kuehn (Lips. 1821).

Versiones Latinae librorum, qui sunt de temperamentis, manu scriptae extant in bibliotheca Vaticana (cod. lat. 2375. 2376. 2378. 2381. 2383), Monacensi (cod. lat. 5. 11), Vratislaviensi. Inspexi hic illic codices Vaticanos et Monacenses neque tamen quidquam subsidii ex iis ad textum Graecum emendandum nactus sum.

CONSPECTVS LIBRORVM

Generalia

Bloch, J.: Einführung in das Studium des Galen, mit einer Galenbibliographie. Berlin 1908. – Mewaldt, J.: Galenos, RE VII = Halbbd 14 (1910), 578–591 – Sarton, G.: Introduction to the history of science. I, p. 301–307 (Gal.) Baltimore 1927. (Carnegie Institution of Washington. Publication. No 376.) – Bilancioni, G.: Galen, l'enciclopedia della medicina e della biologia. Milano 1930. – Sarton, G.: Galen of Pergamon. Lawrence, Kansas 1954. p. 51–55 (Logan Clendening Lectures on the history and philosophy of medicine. Ser. 5.) – Lesky, A.: Geschichte der griechischen Literatur. Bern & München 1963². p. 950–953.

Walsh, J.: Galen's writings and influences inspiring them, in: Annals of medical history. 6, 1934, 143–149; 7, 1935, 428–437. 570–589; 8, 1936, 65–90; 9, 1937, 34–61; Ser. 1, 3, 1939, 525–537.